

III. *Georgij Josephi Cameli Observationes de Avibus Philippensibus ; Communicatæ a Jacobo Petiver. S. R. S.*

1. **A**ccipiter *ordinarius*. Banog *Luzonensibus* Gavilan *Hispanis*. Luteolus *in Dorso & alis*, candidus *in Ventre*.
2. Accipiter *magnitudinis* Banog. Sicub Sicap, *vet Lavin Luzonensib* : Fuscus, vel etiam luteo, albo & nigro varius.
3. *Anas* parvula, lacustris, vix *magnitudinis* pugni. *Saloyasir* Luzon.
4. *Anas* magna Regia. *Papan* Luzon.
5. *Anas* domestica, *cujus ova Sine ignis calore* foyent, & excludunt. *Ytic* Luzon.
6. *Anas* lacustris *ordinaria*. *Balivis* Luzon.
7. Ardeola. *Garza* Hispan: *Dangcangbac* Luzon.
8. Ardeolæ *species* candidissima. *Talabong* Luzon.
9. *Asio* *Mochuelo* Hisp. *Manonoctoc* Luzon.
10. *Avicula* minima, *varie picturata*, *vivit melleo* florum rore. *Sivit*. Luz.
11. *Avicula* altera *præcedenti* major, *species esse* videtur *Alaudæ*.
12. *Avis* *Auguralis* *Balatiti* Luzon *dicta*.
13. *Avis* *Auguralis* *Tigmamanucqin* Luzon. *dicta*.
14. *Avis* *Auguralis*, parva, *varie picturata*, *rostri* magni & longi. *Salacfac* Luzon. *an Pescador H. Martin.* ?
15. *Avis* *destruens* *Orizam*, *coloris* *Perdicis*, sed *species* *Rusticolæ*, German. *Dohneppen*.
16. *Bubo*. *Bubo* Hispan. *Tigbobot* Luzon.
17. *Calao* *vel* *Cagao* *Indorum*, *Volucris* & *Montana* est *Avis*, *vivens* *fructu* us *Baliti* s. *Ficûs* Ind. *Sylv. Pilis*, s. *Amigdalo-Pistaceis*, *Volvuli* *Colyat*, & aliis, quos integros *ingurgi-*

gurgitat ; confecto verò cortice carnoſo, putamina offea illæſis nucleis egerit. Non eſt ſpecies *Xochitenacatl* Niremburgi Niremb. 1 10. p. 208. ſed diſtinctâ. *Corpus* Gallinæ ſuppar, ſed uſque ad alarum p. 208. c. 8. principium ſpithama longius, ad ventrem nigrum, uropigium verſus paleare, ad dorſum cinereo fufcum : *Collum* ſpithameum unâ cum capite ruſſum : *Caput* parvum ad oculos nigrum ; *Oculorum* pupillæ cæſiæ, albâ iride, in palpebra utraque cilia nigra, ſetacea, digitum auricularem tranſverſum longa : *Roſtrum* ſpithameè hians ſubincurvum, ferratum, diaphanum, coloris cinabarini ; parte inferiore longitudine compar ſuperiori, ad medium ſeſquiunciam latum ; parte ſuperiore palmam altum, ſpithamâ longius, & ſuperne planâ, ſpithameâ, & fere palmam lata caſſide galeatum : *Lingua* pro tanto roſtro exigua, vix uncialis : *Vox* Suis grunientis potius, aut Vituli mugientis quam Avis. *Femora* una cum *tibiis* ſpithamea luteſcant : *Pedes* antrorſum tribus, retrorſum uno digito, digitali ſquammati, rubentes, unguibus nigris ſolidis aduncis hamantur : Caudam conſtituunt 8 majores, cubitales, candide pennæ : Alarum quamlibet 15 aut 17 majores fere cubitales, & fulvæ remiges pennæ : *Calao* Gentiles ſuperſtitioſe colunt, & obſervant, fabulantur cum Grue *Tipul* ſ. *Tihol* pactaſſe, ut hæc paluſtribus *Calao* ſylvoſis contenta viverent hinc *Tipol* ſi ligno quocunque infederit, in pænâ tranſgreſſi fœderis ſeſe loco movere non valere, e contra *Calao* ſi aquoſis & humilibus. Vid. *Fig.* in *Gazophylac.* Naturæ & Artis *Decad.* 3. Tab. 28. Gaz. Nat. & Art. Tab. 29. Fig.

18. Roſtrum aſſervo *Calao* aliud, præter primum quod deſcripſi, eſt autem pars ſuperior, ſpithameum, nigrum & caſſide fornicatâ galeatum, apice tantum rubente. *Icon* ejus Gaz. N & A. Tab. 31. Fig. exhibetur in *Decad.* iv. *Gazophyl. Nat. & Artis.* Tab. xxxi.

19. *Chloropus*, ſ. *Acbac* Luzon. aliis *Ticlin major*. Avis eſt *magnitudine* Gallinæ, *Venter* & *Collum* & *Pectus* coloris quaſi dilute morella, *Dorſum* fuſcæ ruſeſcens, *Alæ* ſplendide cæruleovirentes, *Cauda* curta albida, tremula : *Oculi* nigri, *Roſtrum* nigrum, validum, obtuſum, *Lingue* Gallinæ, *Pedes* ſpfit-

spithamei, tetradactili, rufescentes. Ungues nigri, *Digiti* longi. *Degit* locis cultis, *vescitque* Oriza. *Vox* Phi. Phi.

20. *Cignus*. *Cizne* Hisp. *Tagac Luzon*.

21. *Columba domestica*. *Palapati Luzon*.

22. *Columba Persica* in *Luzone* vocata. Corporis mole minor est communi, communiter candidissima, caudem pandens & explicans in radium ut *Pavo*.

23. *Columba similis*, *Avis Maritima*. *Canavay Luzon*. Ova supra nudas caules ponens & ibidem iis incumbens. an *Alcion*?

24. *Corvus Europeo* minor. *Guac Luzon*.

25. *Corvus* fluviatilis. *Cassili* vel *Colocolo Luzon*. *Avis* est amphibia, plus temporis sub aquis, quam in aere vivens, niger, colli longissimi, victitans *Piscibus*, *Serpentibus* & *Conchyliis*, sub undis diutissime discurrens, & tandem expansis alis, pennas ad solem desiccans.

26. *Coturnix Europeo* minor. *Oloc* vel *Pego*. *Luzon*.

27. *Coturnix pumila montana*, *Passere* minor, varie picturata. *Ilivitiu*. *Luzon*.

28. *Gallina* similis *Avis*. *Acbab Luzon*.

29. *Lapillum*, similem *viliori Perla* vidi apud *Alphonsum Fstaplan*, *Gallinae* exemptum, proliferum.

30. *Gaviae* species. *Gaviota* Hisp. *Ggitgit Luzon*.

31. *Gavia Gallina* minor, coloris ciuerei. *Tambilagan Luz*.

32. *Gavia* vivissima, velocissime per litora discurrens. *Taringting Luzon*.

33. *Grus*. *Grulla* Hisp. *Tipul* vel *Tihol Luzon*. *Tricubitum* alta, cum *Collo* homine procerior.

34. *Gruis* species. *Dongon Luzon*. *Magnitudinis* *Anseris*, cinerea, *rostro* sesquispithamam longo, palmo latum.

35. *Hirundo* ordinaria. *Layanglayang Luzon*.

36. *Hirundo* maritima. *Salamga*, alijs *Sayau*, *Botabota* & *Salangan Luzon*. Cujus *Nidus* est *Fragacanthum Venercum Indicum*. *Nidus Avium Schroderi Patong Indorum*. *Enno Sinarum*. Abundat in *Insula Jolo*. *Samboangan*.

37. *Merula Persica*. Canora & garrula avis, atra, sed circa oculos depilis ut *Illing*, minus tamen.

38. Noctua. *Lechuzza* Hisp. *Covago* Luzon.

39. *Noctua* major, magnitudinis Gallo-pavonis. *Bucco* Luzon.

40. *Onocrotalus*, s. *Pelecanus*, *Alcatraz* Hisp. *Pagala* *Indis*. Pectoris pellem, suavissimis plumis constam pro pectorali gestatam, Altmaticis prodesse referunt.

41. *Oropendula* Hisp. *Guliyavan* Luzon. Gratiofa & pulcherrima est Avis, magnitudine *Turturis*, victitans fructibus, atris & aureis variegata plumis.

42. *Palalaca* Luzon. *Herrero* Hisp. i. e. *Faber ferrarius*. Avis similis est *Upupa*, Vocis crassæ & raucæ, *Caput* habet spadiceum, crista ornatum, *Rostrum* quasi ferreum, quo pro nido parando arbores ligni durissimi excavat, quas ictu magno percutit, ita ut repercussionis sonus longissime, ad 300 passus percipiatur; *Corpus* magnitudinis *Gallinæ* mediocris, coloris viridis, alii variegatum dicunt. Hanc narrant nosse Plantam ferrum emollientem.

43. *Palalaca* species. *Iting*, *Tabaduru*, vel *Gulin* Luzon. Magnitudinis sturni, *Rostrum*, *Ala*, *Cauda* & *Pedes* nigra sunt, reliqua quasi argentea, *Caput* implume, excurrente tantum per ejus medium tenui, nigra, & plumosa stria: *Nidulatur* communiter in excavatis *Palmae Cocciferæ* caudicibus. Voracissima est, vivens Fructibus; hinc non nisi unicum & rectum intestinum vulgus habere narrat. De reliquo canora & garriens est Avis.

44. *Palumpes*, varie picturata, formosa & superba. *Bayo* Luzon.

45. *Passer Solitarius*. Magnitudinis est *Turdi*, coloris fulvi mas, fæmella ex nigro & fusco varia. Canora est Avis ut *Phylomela*, vivens Insectis.

46. *Passerculus* vivens *Oriza*. *Maya* Luzon.

47. *Passerculus* *Maya* minor, versicolor, vivens semine Graminis *Nemelen*. *Pacquing* Luzon.

48. *Passerculus* præcedenti compar vivens femine *Phalaridis* minoris. *Pirit Luzon.*
49. *Passerculus* priori similis. *Posicquit. Luzon.*
50. *Passerculus* præcedenti minor. *Pipit Luzon.*
51. *Psittacus* minimus *Clusii* Exot. 365. Fig. *Gulassit, Colassit* vel *Casi. Luzon.*
52. *Psittacus* duplo major priore, totus viridis, rostro valde lato, & nigro, pedibus coloris cinerei indocilis. *Quilaquil Luzon.*
53. *Psittacus* totus candidus, cristatus, magnitudinis *Columbæ*, cicut evadit, & garrire solet. *Catana, Abucay, vel Calangay Luzon.*
54. *Psittacus* cœruleus. *Bötotoc Luzon.*
55. *Psittacus* variis picturatus coloribus. *Manucmanuc Luz.*
56. *Psittacus* viridis mediocris. *Cagit Luzon.*
57. *Psittacus* viridis maximus. *Cqilacqil Luzon.*
58. *Psittacus* viridis magnitudinis *Abucay*. Anfig. *Luzon.*
59. *Psittacus* clare virens, capite rubente, minor *Anfig. Infag. Luzon.*
60. *Psittacus* candidus, *Gallinæ* compar, rostrum, lingua & pedes nigra : loquax & reliquis distinctius garrrens. *Catana altera major.*
61. *Sturnus Luzonis*, *Corvorum* inimicus, coloris aterrimi, seu fulvi ut *Aquila*, ad solem mille induens colores ; Oculi corallio nitidiores, pedes flaventes, vivissimus, vivens fructibus. *Gulacling Luzon.*
62. *Sturnus Sinenſis*, niger, oculi, rostrum & pedes flavi, cicur, canora, & garrrens avis. Vescitur Pane, Oriza, Inſectis, carnibus, fructibus. *Kaaling Sinarum.*
63. *Tabon Luzon. Daic Hernand. Hist. Avium p. 56. c. 220. Daic Jonst. de Avibus 119. Avis ovimagna Nicreimb. 1. 10 c. 5. p. 207. Avis ovimagna Daie dicta Ray Ornith. app. 297. id. Angl. 385.*
- Avis subfusca vel etiam cinerea, minor communi *Gallina*, cauda carens, capite rarerent plumato, carnis insulsæ nec apete-

Hern. 56. c.

220.

Jonst. Avium

119

Nicreimb.

apetescibilis. Ova ponens ruffa, Anserinis longitudine paria, sed minus crassa, No 40, 50 & 60 in maritimis arenosis, littoribus, fluviorum ripis, aut etiam montium locis glareosis, quatuor spithamis profunde sepulta, solis calore fovenda, quæ ferme in totum vitellina sunt, boni saporis & nutrimenti. Pulli in Ovis sapidissimi, ovo egressi insipidi.

Ray Ornith.
297. id. Angl.
385

64. *Tetrax*.

65. *Tinnunculi* species. Similis *Sicub* sed minor. *Baltiscap Luz.*

66. *Turtur* ordinaria. Batobato T. . Tocmol Baynensibus.

67. *Turtur Luzon*. Fæmella in pectore plumas gerit Rosei coloris seu Sanguinei floridissimi, vulneris influcti imaginem pereleganter a natura depictam ad vivum representantes, fauciatam esse diceres, & plures fefellit. Pelicanum fabulosum putares. *Lugmon Luzon.*

68. *Turtur Luzon*. viridis ut *Psittacus*, Alarum pennæ majores margine signantur candido, imus Venter & croceo rubescit, rostrum flavum est, oculi cinabarinii pedes purpurascens, Victitat *Oriza*. Punay *Luzon.*

69. *Turtur* Baynensis, *Lugmonio* & *Panayo* major est, coloris inter flavum & viridem medii, caudæ & alarum pennæ majores nitide flavo & aterrimo virgatæ sunt, alarum principium fulvum, oculi coloris viridis æris, rostrum & pedes dilute cærulei, uti & cristæ locus. Vivit fructibus.

70. *Ulula* Magna: *Tigcalo* vel *Tigbabayo*. Luzon.

71. *Urogallus* seu *Tetrao*. *Labuyio* Luzon.